

# CATELLIANI COTTAE

MEDIOLANENSIS  
IVRE CONSULTI  
Memoralia.

*Ex variis utriusque Iuris Doctoribus collecta.*

Opus Multiplici eruditione refertum, ac postremo ab ipso auctore & recognitum & auctum.



num. A. 6.  
caso. .  
num. 32

VENETIIS,  
Ex Officina Ioan. Baptiste Somaschi Papien.

M D LXXXII.



CLARISSIMO AC  
GENEROSISSIMO  
HEROI,

D. LEONARDO BOECCIO  
A BOCKENSTAIN,

S. Cæsareæ Maiesta. Consiliario singulati  
studiosorum Mecænati, Ioan-  
nes Pyrrus.

S.

**M**AGNAM ego semper gra-  
tiam mereri eos existimau, Cla-  
riss. vir, qui pro uirili quidem  
parte sua, quicquid quacunque  
ratione possent, ad prozebhenda  
hominum studia diligenter ac bona fide conser-  
rent: quorundamque nimis iniquam de aliorum  
laboribus censuram ita semper abhorri, ut quem  
admodum poeta ait, cane peius & angue ode-  
rim. qui cum uel ipsi nihil aut inuenire operæ-  
precij, aut proferre in lucem possint, aliorum  
duntaxat sine inuentis, sine lucubrationibus per-  
petuò insidiantur: uel cum inuenerunt etiam ali-  
quid, ac publico hominum usui proposuerunt, ni-  
hil præter suum illud admirari, nihil commenda-  
re, nihil quod manibus hominum teri frequen-  
a z tius

XII

# LOCA, QVAE OBITER PER COTTA M.

In his Memorialibus restituta sunt  
ex antiquis codicibus &  
auctioribus.



EST IT V T A E tresdictiones ex  
Pandectis Florentinis , in epistola  
Iustiniani , & in dict. Ciuem.  
Locus apud eundem castigatus in præ  
fatione digestorum. §.nos uero , adi  
dict. Dypondium.

Accursi error in præfatione Digestorum , in uerb. Per  
mutantes.adi dict. Cæsaris.

## I N I . D I G E S T O R V M L I B .

Quare Digestorum libros his literis. ff. demonstremus.  
adi dict. Pandectas.

Corrigitur codex Pomp.in l.2.de orig.iur. qui in mul  
tis locis deprauatus reperitur, uide post trac.de Iu  
risperitis.

An diffinitio legis tradita per Iurecons.in l.1.& 2. ff. de  
legib. sit bona.adi dict. Lex.

Restitutus Pomp.locus.in l.3 .cod.tit.ut in dict. Lex ad  
finem.

Martiani locus in l. in tantum. §.ult. de rerum diuis.adi  
dict. Cenotaphium. ubi glossatoris Floréti opinio  
etiam damnatur.

Castigatus Iureconsult.codex in l.sanctum est. codem  
titu.

# CATELLIANI

C O T T Æ

M E D I O L A N E N S I S

M E M O R A L I A E X

Varijs Doctorum Lectionib.



LITERA iuncta cum uerbo **Sūm**,  
es, est, causam efficientem denon-  
strat, puta, Filius est à patre ita ele-  
ganter Bal. in lege 3. C. de act. empti.  
Quandoque etiam separationem in-  
dicat, ut retuli infrà in uer Anni, &  
ideo si p̄dium uendatur à tali arbo-  
re ad talem, si talis arbor non est pars fundi venditi,  
non includitur, alias sic Bal. in lege ultima. ff. de senat.  
Et si testis dicat Titium possedit à decem annis, citra  
non concludit, quia potuit uno anno tantum possedis-  
se. Bar. in l. Celsius, columna ultima, ff. de usucap. & pas-  
sim habetur.

Abbates etiam si sunt parum literari, possunt tamen  
promoueri, quia in eis magis attenditur uita, quam  
scientia, ita sing. Bal. in rub. C. de Summa Triq. & fid.  
cat. & in l. athletæ. §. de rusticis. in fin. ff. de excusa. tu.  
Pro cuius dicto est text. in cap. ex multa. in 1. responso,  
extrà de uoto. ubi dicitur, quod religiosi plures sunt  
idiotæ, & iuris ignari. Nihilominus diligenter animad-  
uertendum est inter sanguinem & sanguinem, lepram,  
& lepram, causem & causam, ut dixit tex. Deuterono-  
mi transumptive relatus in cap. per uenerabilem. §. ra-  
tionibus sicutur, extra qui filii sint legit. Nam aliter sci-  
tia desideratur in clericis, & aliter in episcopis, ut ap-  
paret in cap. cum in cunctis, extra de elect. Vnde in hac  
quæstione Inno. sing. in c. 1. de Sum. Tri. & fi. ca. dicebat

*Religious  
plures in  
diaœ.*

# I N D E X

- V**irginia.uide post tract.de Iurisperitis .  
**v**irginius centurio.ibid.  
**i**n Ultimis uoluntatibus licet contrahere.in uerb. Apices.& in uer. Testatorem inducere.  
**u**nique; quod suum est.in uer. Donatio facta à rege.  
**u**oti effectus.in uer. Laicus.  
**u**otum probatur in iuramento.in uer. Laicus.  
**u**suaria.in uer. Pœnoris legato .  
**u**suræ quare prohibitæ.in uer. Vsuræ trientes.uers. præ  
 terea data paritate .  
**u**suræ de iure ciuilian sint prohibitæ.in uer. Vsuræ trié  
 tes. in fi.  
**u**surarius contractus ex quibus cognoscatur.in uer. Pa  
 ctum de retrouendendo .  
**u**suras non potest permittere Imperator.in uer. Par in  
 parem.  
**u**surpatio mulieris quid,& quomodo.in uer. Diem.  
**u**xor præsumitur quæsiſſe ex bonis viri,nisi aliude pro  
**X**uenisse probetur.in uer. Concubina.  
**X**Enon.uide in uer. Xenodochium.  
**Y** Apud Latinos uertitur in u. uide in uerbo, Gem  
 mæ.  
**Z**Anaterius, an comprehendatur appellatione calzo  
 larii.uide in uerb. Comes .  
**Z**izania. uide in uerbo, Lolium.

Indicis secundum literas alphabeti.

F I N I S.

**V**ENETIIS, Ex Officina Ioannis Baptiste Somaschi ,  
 sumptibus Iacobi Antonii, & Iulii So  
 maschi, Fratres. 1572.

